

Quamvis autem haec vario agitentur sermone, compemperimus tamem libenter LAVALLENSE ATHENAEUM Quae beci florere adhuc et laeta prosperitate frui ; simulque scholas Montis Regii sic esse constitutas, ac nihil in iis desit ad plenam iuvenum institutionem, qui scientia velint imbui rerum divinarum, iuris, medicinae et artium.

Plane ob eam rem facere non possumus, quin gratulemur magnopere Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis Canadae inferioris, aliisque ecclesiasticis viris et laicis fidelibus, qui ad excitandum ornandumque opus tam utile, industriam contulerunt opes suas, et iis qui hortationibus huius Sanctae Sedis obsequuti huic Athenaeo aggregari curaverunt alia Colegia et Gymnasia, quae in utriusque provinciae finibus continentur. Id namque eo valet ut par apud omnes sit docendae instituendaeque iuuentutis ratio, atque ita firmiora arctioraque vincula siant, quae iungunt invicem istius regionis fideles.

Quum vero Nobis nihil sit antiquius, quam ut haec animorum coniunctio solidetur in dies, adeoque in votis sit ut immotum maneat Athenaeum istud, cuius tanta vis est et utilitas ad eam fovendam, imprimis hortamur etiam atque etiam Venerabiles Fratres sacrorum Antistites regionis Canadensis Gallicae, ut eo quo praestant pastorali zelo adiuvare pergent vigilantia sua Archiepiscopum Quebecensem, prospicientes ne quid noxiun integrati fidei et morum honestissimum illud scientiarum domicilium inficiat. Insuper quaecumque ab hac Apostolica Sede eiusve auctoritate accedente acta, gesta, decreta sunt circa studiorum Universitatem Lavallensem rata habemus et confirmamus ; imprimisque declaramus unam hanc a Nobis agnoscet et haberi Catholicam Universitatem Canadae inferioris, satis aptam et instructam